Fragmentarium

Dilecti filii nostri abbas et fratres sancte crucis trans
missa nobis conquestione significaverunt quod
predia unde decimas in magna parte susten
tationem habere consueverunt, apostolicique laici
conduxistis et recepistis ad firmam. Unde quidam
fratres ex hoc inmoderate et enormiter gravantur
nec fuit nostre intentionis aut antecessorum
nostrorum ut de possessionibus quas conducitis
decimas non debeatis persolvere. Universitati
vestre mandando precipimus ut eis fructi
bus et prediis que conduxistis in parrochiis
suis de quibus consueverunt decimas perci
pere pacifice et amicabiliter conveniatis. quod
nulla inter vos debeat scandali materia suscita
tari. et vos videamini ultra quam licitum
est manus extendere. Paschalis ii.

Novum exactionis genus est ut clerici a cl
ericis frugum decimas vel animalium exiga
1103. nt. nusquam in lege domini hoc precepi leg
imus aut penitus non a levite a levitis de
cimas accepisse vel extorsisse leguntur.
Illi profecto clerici qui actibus spiritualium mi
nistrorum labores excipiunt decimas eis debe
nt. Alexander iii. eboracensi archiepiscopo.

Caritatem tuam scire volumus et firmiter
tenere. quod de ex caritatis fervore ob
sequia nobis frequenter impensa diligimus
ut aliquid tibi negare volumus quod cum
liber fratrum tuorum concedere debemus. In eo
autem quod de compellendis monachis albis vel
nigris. vel canonicis regularibus. de conductis
terris quas habent ad terminum vel ad firmam.
nobis tue discretionis prudentia postulante
te vel quemlibet alium audire vel exaudire
nulla ratione possumus. nisi manifeste vi
deremus obviare iustitie. et predecessorum n
ostrorum institutis contraire ne videamur religio
nem persequi. quam si forte in nobis non habitat, in a
liis diligere et fovere tenemur. Quantum
siquidem habetur in scriptis predecessorum nostrorum romanorum pon
tificum quod religiosi viri ab excusatione
decimarum de labore agrorum. quos propriis
suis manibus vel sumptibus. et de nutrimen
tis animalium suorum prorsus esse debent immun
es. Sed pie recordationis Adrianus papa pre
decessor noster labores in novalia convertit.
Illud etiam nos a tue petitionis effectu re
trahere videtur quod in veteri .T. non recolimus
nos unquam legisse levite levitis decimas
persolverent. In novo sicut tua discretio non
ignoravit. non ambigimus esse statutum. ut
presbiteris ecclesiis illis decimas solvant ubi ecclesias
tica suscipiunt sacramenta. Unde apostolus
ait. Non est magnum si temporalia metimus
qui spiritualia seminamus non grave tibi sit
sicut esse. Hec debet tu nunc divine creature
et nostra honestate pensata petitionem nostram
quantumcumque te diligamus et admodo de
ferentes non duximus admittendam In nullo e
nim patereris repulsam quod secundum iustici
am a nobis fieri postulares. Idem abbati
et fratribus de lorengia.

Suggestum est nobis ex parte vestra quod abb
as et fratres monasterii de ursino a vobis de
cimas quasi auferre conantur et alia dampna
et gravamina vobis irrogare non cessa
nt. Quia vero nos honestatem vestram sive
et religionem monasticam litibus et conten
tionibus decet intendere. dis. v. p. a. s. p.
m. q. consulimus et hortamur cum pre
dicto abbate et fratribus super decimis ipsis et aliis u
de inter vos est controversia pacifice conv
eniatis. ne plurimis contentionibus fa
ma religionis vestre valeat denigrari. Nam
quando romana ecclesia ordini vestro privi
legia dederat. de decimis domus vestre tra
ctante rate. quod exinde nulli poterat debere
scandalum suboriri. nunc per gratiam dei in
tantum augmentate. ac possessionibus di
tate. quod multi viri ecclesiastici de contrati
bus nostris apud nos sepe querelam proponant.
Idem treverensi episcopo.

Ex parte tue fraternitatis ad nostram
audientiam novimus pervenisse. quod albi
monachi et nigri. et quidam alii religio
si viri ecclesias tue iurisdictionis redditibus
decimarum spoliare presumunt occasione pri
vilegiorum que sibi romana indulsit eccl
ia. Sane tuam volumus latere prudenti
am. quod sancte memorie predecessores nostri fere
omnibus religiosis decimas laborum suorum con
cesserunt. Sed bone memorie predecessor
noster Adrianus solis fratribus cisterciensis ordinis.
templariis et hospitalariis decimas labo
rum suorum indulsit. ceteris vero ut
de novalibus suis que propriis manibus et
sumptibus excolunt et de nutrimentis ani
malium suorum et de ortis suis decimas non
persolvant. indulsit quem super hiis imitati
sumus. Quare hii quibus indultum est
decime de novalibus suis et de nutrimentis ania
lium suorum et de hortis suis. hac occasione
decimas de aliis rebus ecclesie sue nec debent
nec possunt subtrahere vel sibi aliquid iuris
vendicare. Idem.

Licet de benignitate sedis apostolice sit no

License: cc-by – Leipzig, Universitätsbibliothek, Fragm. lat. 233, 1v – Decretales Alexandri III.
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-qifg/265/3161)